

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Dilectio n
cum fonte primo

Inimici dilectio tunc ueraciter custoditur
cum non de profectu deicimus, nec de ruina eius letamus.

Nemo enim amat aliquem quem non uult esse meliorem,
et eum stantem uoto persequitur quem cecidisse gratulatur.

Gregorius libro XXI. moralium.

Sed sciendum est quia
inimici dilectio tunc ueraciter custoditur,
cum nec de profectu addicimus, nec de ruina illius laetamus.
Nam saepe in dilectionis imagine erga inimicum animus fallitur,
seque hunc diligere aestimat, si eius uitae contrarius non exsistat.
Sed dilectionis uim occulte et ueraciter aut profectus inimici,
aut casus interrogat.
Hac etenim de re ad plenum semetipsam mens hominis nescit,
nisi eum quem sibi aduersarium credit
in defectu uel profectu mutasse modum sui status inuenerit.
Si enim de prosperitate addicitur,
et de calamitate se odientis laetatur, constat quia
non amat quem non uult esse meliorem,
eumque etiam stantem uoto persequitur, quem cecidisse gratulatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 22.11 (CCSL 143A, M.
Adriaen ed., pp.1108-9, ll.8-20).